



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

Remedia contra immundas cogitationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

XVI. *Regula.*

Richardus de S. Victore, scribit, irā, impatientiam, tristitiam, auaritiam, gullam, superbiam, vanam gloriam, & similia, non esse semper peccata mortalia & idē scrupulosus, si in aliqua istorum incidat, non statim debet desinere, se peccasse mortaliter.

REMEDIA ADVERSUS CO-  
gitationes immundas.

**P**RIMVS est, Mentem, quoad fieri potest occupare bonis & sanctis cogitationibus maximè Passionis Domini nostri Iesu Christi.

2. Refrenare sensus, maximè oculos, lingam, auditum.
3. Renouere occasiones earum rerū, quae excitant huiusmodi cogitationes.
4. Legere pios & deuotos libros.
5. Non disputare cum illis, sed contemnere.
6. Si quis voverit castitatem, utile est, incidentibus talibus cogitationibus mox renouare votū, quod est magni meriti.
7. Commendare se B. Virginī, Angelo custodi, SS. Virginibus, omnibusque Sanctis Paradisi.
8. Inuocare auxilium Dei vbiq; praesentis, qui potest, scit, & vult nos semper

COMMUNIONE.

141

per iuuare, & desiderat à nobis inuocari  
9. Habere consuetudinem tunc tem-  
poris usurpandi verba Scripturæ , vt,  
*Deus in adiutorium meum intende, Domine*  
*ad adiuuandum me festina, Et, De profundis*  
*clamaui ad te Domine, Domine exaudi vo-*  
*cē meam. Et, Cor mūdum crea in me Deus.*  
*Et Fili David miserere mei. Et, Domine re-*  
*spice in me, & miserere mei. Et Deus meus,*  
*Deus meus , ut quid dereliquistī me? Et,*  
*Christus vincit, Christus regnat, Christus*  
*imperat, Christus ab omni malo me defen-*  
*dat. Et, Adiuua me Domine Deus meus,*  
*ne discesseris à me , intende in adiutoriu-*  
*meum, Domine Deus salutis meæ, libera me*  
*de inimicis meis fortissimis, & ab his qui o-*  
*derunt me.*

10. Bonum est consignare se signo cru-  
cis versus cor , dicendo Iesu Maria. O  
*Deus in adiutorium meum intende, saltem*  
*corde.*

11. Confiteri , & communicare sæpè ,  
& cor suum Confessario patefacere , se-  
quendo eius monita.

12. Cogitare quid illa hora faciat  
Dominus noster.

13. Imaginari Christum tunc esse pro  
nobis crucifixum, spinis coronatum , &  
cruentatum, ac dicentem. Vide , quanta  
passus sim pro te , quā carē mihi consti-  
teris.

14. Iu-

142 DE FREVENT.

14. Iuuat protestari se non velle consentire.

15. Aliò mentem reflectere, aut aliud quidpiam agere, & ante omnia, Fugere otium.

REMEDIA PRO IIS , QVI  
dubitant, consenserint, nec ne tentationi, vel delectationi.

PRIMO aduertat, an tentationes, ut primum abortae sunt, placuerint, an verò ab illis abhoruerit: nam si abhorruit, certus sit de non præstito consensu.

Secundò. Si quoque potius paratus sit mori, quam in peccatum consentire, vel in eo delectari, certò credat, se cinga coniunctisse.

Tertiò Aperiat conscientiam suam Confessario, & eius dictis fidē præstet.

CVR DEVS PERMITTAT  
immundas cogitationes.

PRIMA cauſa est, vt acquiramus phabitum castitatis.

2. Ut odio omnem turpitudinē prosequamur.

3. Ut maneamus humiles cū S. Paulo.

4. Ut semper simus in magno timore.

5. Ut nostram fragilitatem & vires agnoscamus.

6. Ut occasiones immunditiae fugiamus.

q. VI

Præm. 24.